



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Cap. IV. De Humilitate, & abnegatione sui interna, externaque.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

hujusmodi homines graviter plectendos esse; quin & ejiciendos è Societate, licet Professi fuerint. Quibus accensendi sunt, qui emendicato Externorum auxilio molliuntur novarum Provinciarum erectiones, aut legitimas earundem divisiones impedire conantur; & qui libellis scriptis, aut impressis Sociorum vivendi, aut gubernandi modum, aut Superiores traducunt: quique ita palam, ac passim de Instituto obloquuntur; ut censeri possint velle alios in suam sententiam pertra-

p C. 9. D. 5.

q C. 9. D. 25. here. 9

De Caritate adhibenda erga nostros Infirmos, infra Cap. 8. Sect. 2. De Caritate exercenda erga Externos erit locus inferius, ubi de iis juvandis sermo instituetur. P. 5. Cap. 3.

#### C A P U T I V.

De Humilitate, & abnegatione sui interna, externaque.

*Ambitionis studia graviter interdicta.*



**D**Ræter ea, quæ ad eliminandam ambitionem, atque adeò sternendam Humilitati Evangelicæ viam, Professi Deo vovent, & tractata suo loco sunt: hæc solùm ad-

addendum, omnibus Nostris versantibus in regionibus, Tribunali Hispanicæ Inquisitionis subjectis, præceptum esse, sub poena excommunicationis latæ sententiæ; ne quisquam per se, vel per alium, præsumat procurare, vel ambire officia Consultoris, & Qualificatoris. <sup>a</sup> Alia præcepta <sup>a</sup> C. 5. D. 28. contra ambientes in Congregationibus, legenda in earum Formulis. Jam verò breviter indicanda nonnulla, quæ ad hujus virtutis perfectionem assequendam, profuturamque nobis præscribuntur.

2. Primò igitur quoad dispositionem animi spectat, rem esse summi momenti, ad vitæ spiritualis profectum, omnes intelligant; omninò abhorre ab omnibus, quæ mundus amat; & admittere, & concupiscere, quidquid Dominus noster amavit, & amplexus est: adeò ut, si absque proximi peccato fieri posset, vellent injurias, & contumelias pati; ut imitari Christum Dominum aliquo modo possent. <sup>b</sup> <sup>b</sup> Ex. c. 4. §. 44.

3. Ut melius ad hunc perfectionis gradum perveniatur; maximè studeant quærere in Domino majorem sui abnegationem, & continuam in rebus omnibus, quoad fieri poterit, mortificationem; <sup>c</sup> & <sup>c</sup> Ex. c. 4. §. 46. in exercendis officiis abjectis, & humilibus promptius ea suscipi convenit; à quibus

*d* Ex. c. 4. §.  
28. & P. 3. c. 1.  
§. 13. & 22. &  
R. Præp. 30. &  
R. 29.

*e* P. 6. c. 2. §.  
15. 16.

*Honor aliis de-  
ferendus.*

*f* P. 3. c. 1. §. 4.

*g* C. 2. D. 85.

*h* C. 1. D. 106.

*i* P. 4. c. 6. §.  
17. & c. 15. §.

4.

bus sensus magis abhorrebit. *d* Et quia ad  
progressum in virtutibus faciendum, mul-  
tum confert antiquiorum exemplum; qui  
præest aliis, & omnes alii Sacerdotes, qui  
ei videbuntur, aliquando intra annum offi-  
cia eorum, qui inserviunt Domi, ad tem-  
pus aliquod obibunt. In vestitu etiam,  
victu, & usu reliquarum rerum vitæ ne-  
cessariarum ea moderatio adhibenda; ut in  
omnibus habeatur ratio debitæ humilita-  
tis, & submissionis. *e*

4. Alios sibi quisque Superiores ducat;  
cum eis dum loquimur, cavendum ab om-  
ni impatientiæ, ac superbiæ signo: optare-  
que debemus potiores partes illis deferre:  
exhibendusque exterius honor, cuique de-  
bitus, cum simplicitate, & moderatione  
religiosa. *f* Quare nomen illud honorifi-  
cum *Don*, ubi est insigne nobilitatis, om-  
nino sublatum est. *g* Et quamquam in  
mensâ Sacerdotes, alios ad eum gradum  
non promotos præcedere debent; inter ip-  
sos tamen Sacerdotes, aut Laicos nullus  
est ordo constituendus. *h* Loca etiam cer-  
ta minimè accipient in Universitatibus,  
qui ad Gradus literarios promoti sunt: sed  
simul omnes extra numerum se consti-  
tuant: *i* & pari simplicitatis humilitatis-  
que Evangelicæ studio, si quando cogemur  
ad

ad publicas supplicationes procedere, locum tenebimus nobis designatum ab iis, qui nos vocarunt. *l* C 3. D. 35.

5. Quamvis singulis commendetur studium quærendi in omnibus continuam mortificationem; *m* ratio tamen vivendi in exterioribus communis est; nec ulla ordinarias pœnitentias, vel corporis afflictiones, ex obligatione subeundas, habet: sed illas assumere quivis poterit; quæ sibi videbuntur, cum approbatione Superioris, aut Confessarii, ad majorem sui spiritus profectum convenire: & quas, propter eundem finem, Superiores eis poterunt imponere. *n* Non debet autem corporis castigatio esse immoderata; ut nocumentum afferre, & majora bona impedire possit: sed ita temperanda, ut ad neutrum extremum rigoris, vel dissolutionis declinetur. *o*

6. In Abstinentia quidem sextæ feriæ consuetudo Societatis servanda; & Jejunium in pervigilio S. P. N. Ignatii per Societatem indictum est. *p* At Jejunium, seu Abstinentiam in Adventu universaliter præscribere, non visum est expedire. Quod si alicubi, ad vitandam offensionem Externorum, aliud statui oporteret; Generalis est in hujusmodi Urbibus, seu Pro-

S 3

vin-

*Corporis afflictiones quatenus usurpanda.*

*m* Ex. c. 4. §. 36.

*n* Ex. c. 1. §. 6. & P. 3. c. 1. §. 12. & c. 2. §. 5. & P. 6. c. 2. §. 16. & R. Præp. 31. Rect. 30.

*o* P. 3. c. 2 §. 5. & P. 6. c. 3. §. 1. & P. 10. §. 10 & R. Præp. 32. & Rect. 31.

*Jejunia qua indicta, aut permissa.*

*p* R. com. 5. & C. 7. D. 16.

q C. 1. D. 96.  
 & C. 5. D. 27.  
 & C. 6. D. 9.  
 & RR. supra  
 citat.

*Pœnitentiæ se-  
 creta commen-  
 danda.*

r In. 13. C. 6.

vinciis, eam praxim inducere; qua & de-  
 clinetur offensio, & Nostri ad ea Jejunia  
 obstricti non censeantur. Ceterum cum  
 declaratum sit universè ad singularitatem  
 non pertinere, si quis jejuset aliis non je-  
 junantibus, & Superiores id volentibus  
 concedere possint, immo & facultatem ad  
 jejunandum præstare debeant; tempore Ad-  
 ventus se faciliores præbebunt. q

7. At Pœnitentiæ secretarum usus,  
 sicubi non ita viget, excitandus à Superio-  
 ribus in exhortationibus, extraque illas in  
 privatis colloquiis, in iis præsertim, qui  
 juvenes sunt; frænatis pariter, qui hoc in  
 genere proveherentur ulterius, quàm re-  
 cta ratio permittat. Ad omnium verò in-  
 structionem legenda interdum publicè  
 epistola P. N. Claudii de usu pœniten-  
 tiarum. r

